Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35497
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

z honorum eminencijs Sed omnes auari eam querunt in diuicijs Sz ista
omnia sunt vanissima et sensui ac veritati contraria Nam beatitudo teste boecio
est status omnium bonorum aggregacione perfectus Ergo vbi bonum deest beatitudo
ibi esse non potest Sz ut de innumerabilibus bonis obmittam in supradictis/
omnibus securitas deesse/ sine qua nullum perfectum bonum est Ergo omnis
beatitudo talium nulla est Maior probatur per sensum Nam pereunt diuicie/
pereunt delicie/ pereunt honores/ deficiunt dignitates et quod omnium maius
est moriuntur et homines quod non contingeret si in eis status beatitudinis perfectissimus
Unde clamat boecius hanc questionem tractans O preclaram hominum mor/
talium beatitudinem quam cum adeptus fueris securus esse desistis Quomodo
delicie beatum faciunt que super fastidium pariunt/ inventrici putredinem et sepe
egritudinum et causa mortis existunt Quomodo lasciuie beatum faciunt que tristiciam
complete inducunt vires corporis minuunt et ad mortem disponunt Quomodo
honores beatum facere possunt que quanto hominem ad alciora substollunt tanto
eis magis precipicium ingerunt Quanto enim status est alcior tanto est
casus altior grauior Unde ascendere nichil aliud est quam sibi precipicium
preparare et tanto maius quanto ascendit sublimius Quomodo et diuicie
hominem beatum efficiunt que pocius eum gladijs predatorum exponunt Sepe diuites
cum periculo capitis vadunt ubi pauperes secure Unde boecius Tu quoque
qui nunc gladium pertimescis si hanc vite callem vacuus viator intransiens
coram latrone cantares Unde versus Cantabit vacuus coram latrone via/
tor// falsa est ergo et vana beatitudo que haberi potest a malis in mundo/ quod
si michi et tam racionibus tam// euidentibus non assentis Audi diuinum prophetam
hanc beatitudinem describentem et eam non esse beatitudinem asserentem
Erue [illegible] meam de manu filiorum alienorum quorum os locutum est
vanitatem et dextra eorum dextra iniquitatis Et ex omnibus operibus quoque
iniquitas Sz addet statim mundana prosperitas/ Primo quo ad filiorum
felicitatem cum dicitur quorum filij sicut nouelle plan. in iuuen. sua. filie eorum
compo. circu. ut similitudo templi/ 2o quo ad fertilitatem cum dicitur promptuaria
eorum plena eructancia ex hoc in illud Tercio quantum ad alium fecunditatem
cum subditur Oues fetose habentes in egressibus suis boues eorum crasse
Quarto quantum ad corporum sanitatem cum infertur non est ruina maceries
neque transitus neque clamor in plateis eorum/ Et concludit Beatum
dixerunt populum cui hec sunt Dixerunt dicit non ipse Sz quidam stulti sunt